



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Clerico venatore. Tit XXIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

Menoch. de *presumpt.* lib. 2. *pres.* 50. n. 18. Chald. Pereira in l. *si curator. m.* verbo *minor* b. n. 10. Sanch. de *matr.* lib. 2. *dis.* 4. n. 39. Nicol. Garc. de *benefic.* part. 6. cap. 1. à n. 185.

5 Intra decimum quartum, &c.] Ergo proximus pubertati, cuius doli capax si delinquit mitius punitur, ut per Tiraq. de *pena temper. causa* 7. n. 6. ad fin. Covar. in *Clem. si furiosus.* part. 3. in initio num. 5. post. *vers.* quis autem dicatur, Ant. Gom. tom. 3. *var. cap.* 1. num. 62. Clar. §. *fin. quest.* 60. *vers.* sed in omnem casum. Menoch. de *arbitr.* casu 329. num. 2. Sfort. de *integr. restit.* part. 2. *quest.* 80. à num. 47. Mauri. *cod. tract.* cap. 161. num. 1. Fatim. d. *praxi crimin.* *quest.* 92. num. 62. ubi declarat verbum *multum*, de quo in *presenti*, id est, non perfectè ultimum, & n. 120. resoluunt proximos pubertati, & doli capaces non in totum si occiderint excusari, sed bene mitius esse puniendos.

6 Propter illam consuetudinem non exigit, &c.] Notatur ad hoc, quod pupillus non ligatur, nec comprehenditur sub statuto generaliter loquente, ut per Tiraquel. de *prescript.* fol. 105. Bonacol. tom. 2. *communium opin.* lib. 9. tit. 13. num. 74. pag. 500. Sord. *decis.* 49. num. 9. Fatim. in *praxi crimin.* part. 1. *quest.* 15. n. 51. & 52. Iaf. in §. *actiones autem*, num. 83. *Instit.* de *actionib.* Marfil. *sing.* 581. n. 4. & *sing.* 361. in *fine*, Neuizan. *consil.* 17. n. 77. prope med. Roman. *sing.* 816. *incip.* Tu vidisti. Contrarium veto, immo constitutionem simpliciter loquentem se extendere etiam ad minores, ex l. *si sine*, §. *Lucius ff. de admin. tutor. & cap. constitutus. de integr. restit.* tenent Bald. in l. 1. n. 29. *vers.* iuxta hoc quero, C. de *conf.* *Natt. consil.* 540. num. 2. lib. 3. Fatim. de *restit. in integr.* *quest.* 15. art. 2. num. 62. Tiraquel. de *legib. comm.* *glos.* 2. num. 191. Hinc statum deferens lucrum dotis uxore pramortiente sine filiis, locum habet etiam in minore dante dotem, servatis solemnitatibus, Bald. in l. 1. col. 1. C. *si aduersus dotem*, ubi Cast. num. 4. cum *seqq.* Cuman. *consil.* 109. in *princ. vers.* ad primum, & statum adimēs robur instrumentis non registratis comprehendit quoque minores, Alexand. *consil.* 119. num. 14. *vers.* 9. *dict.* lib. 6. *Natt. consil.* 541. num. 16. & 17. lib. 3. Roman. *consil.* 166. num. 2. *vers.* nos autem loquimur, & *consil.* 394. num. 5. *vers.* 2. Sed utraque sententia facili negotio componitur, aut enim agitur ut quis teneatur ex aliquo facto extrinseco per ipsum perpetrato, & tunc minor non comprehenditur sub lege, aut statuto, & ita procedit text. in *presenti*, & Doctores citati pro eo; aut verò agitur ut ex sola lege, aut statuto resultet præiudicium minori sine aliquo ipsius facto extrinseco, & tunc aut minor est habilis & continetur, aut non est habilis, & non comprehenditur, Alexand. *consil.* 119. num. 8. *vers.* sexto, lib. 6. *consil.* 61. num. 18. lib. 7. Roman. *consil.* 120. num. 1. cum *seqq.* Berol. *consil.* 68. num. 21. *vers.* faciunt, Rot. in *Sabien. Castri montis rotundi* 8. Febr. 1627. coram. Reu. D. meo Coccino *vers.* quantum attinet, cum *seq.*

7 In *glos.* *multum* ibi. & pater pro filio non est commendendus. Vide Covar. lib. 2. *vari. cap.* 8. num. 7. *vers.* hic apparet, Clar. lib. 5. §. *fin. quest.* 87. num. 8. Et lex, vel statutum quod alter pro alterius delicto puniatur, est odiosum, & rigore plenum, ex Menoch. *consil.* 53. n. 10. & *consil.* 119. num. 118. ubi num. 119. dicit quod statutum obligans partem pro debitis filij, odiosum est, & num. 120. idem dicit de statuto obligante fratrem pro debito fratris, & *consil.* 100. num. 161. asserit hunc text. procedere, ubi agitur de pena & odio rationali nempe ut unus pro alio, videlicet pater pro filio, puniatur, quod esset irrationale, & odij plenum, idem Menoch. *consil.* 25. num. 56. & *consil.* 99. numer. 18. Marfil. *singul.* 244. *Filius*, & *singul.* 361. *statutum*, Pater enim ex contractu filij non obligatur, Paris. *consil.* 93.

numer. 14. lib. 1. *Mantic. decis.* 308. numero 1. In ead. *glos.* ibi, si *pecuniaria pena* esset *sub* *impugn.* Notatur ad hoc, quod pater non tenetur solvere penam pecuniariam pro delicto filij, etiam ex bonis, que pro legitima, à patre filio deberentur, ut per Cou. lib. 1. *var. c.* 8. n. 7. Perez. l. 1. col. 9. tit. 16. lib. 8. *Ord. p.* 123. *Greg.* l. 2. *verbo de la pagar.* tit. 19. p. 4.

In ead. *glos.* ibi, *irregularis tamen non fuit effectus.* Notatur ad hoc, quod puer doli capax ex homicidio irregularitatem contrahit, ut per Paul. Comitoli. *respon.* lib. 6. q. 19. à n. 2.

In *glos.* *Intra decimum quartum*, fin. ibi, & *post.* *mi arg.* ex hoc quod ab Episcopo, &c. Hæc *glos.* quatenus dicere videtur de iurisdictione temporalis Episcoporum ad Papam, & non ad Principem secularem esse appellandum, communiter reprobat, ut per Francisco. *decis.* 455. numer. 10. & 11. part. 1. Salzed. ad Bernard. *reg.* 397. Bobadill. in *sua politica*, lib. 2. cap. 17. n. 197.

De Clerico venatore.

TIT XXIV.



VER hanc rubr. scripserunt Zabali. Ioan. Andr. Anch. Butr. Anania, Petrus Mar. Socin. Guillelm. Dorand. in *Breviario aureo iuris Canon.* fol. 145. Petrus de Rovenna in *compend. iuris Canon.* Mart. Moynard. in *epitome Decretal.* fol. 189. *vers.* Dan. Venatorum *analysi methodica iuris Pontifici*, a pag. 688. Goffred. Holt. in *summa huius tit.* Alex. Callan. & Anast. German. in *paratilis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carraga *exposit.* tit. *iuris Canon.* novissime Ioan. Honor. lib. 5. *fin.* in *Decretal.* omnes sub hoc tit.

De materia tituli, vide Emman. Sa in *apophthegma verbo venator*, Fr. Emman. in *summa.* tom. 1. c. 35. cum *diuisio* *seqq.* Bernard. & Salzed. in *pract.* c. 70. in *nuq.* *imp.* Marta de *iurisd.* part. 4. cent. 1. casu 37. à num. 17. de Bellet. *disquisit.* Clerical. part. 1. tit. de *disciplina clericali*, §. 19. Campan. in *diversorio iuris Canon.* rub. 11. cap. 23. à num. 38.

Plura de venationibus, & earum permissione & prohibitionem, multiplicique specie refert Ord. in *l. sitan.* lib. 5. tit. 88. & apud Castellanos, l. 1. cum *seq.* lib. 7. *nove recop.* Perez. l. 1. *glos.* 1. p. 422. tit. 22. lib. 2. *Ordin.* Menoch. casu 413. Sebast. Medic. in *tract.* de *venat.* & *prosec.* plures refert Cened. ad *Decretum.* *col.* 56. quibus adde Bernard. Graue ad *pract.* *Camera Imp.* lib. 2. *concl.* 66. Bellet. d. §. 16. Thom. Valase. *alleg.* *iuris* tom. 1. alleg. 31. Sayr. in *clavi Regia* lib. 11. c. 9. Molin. de *iuris* *tract.* 2. *dis.* 43. Lessi. *cod. tract.* lib. 2. cap. 5. *sub.* 6. cum *seq.* Azot. *apophth.* moral. p. 3. lib. 5. c. 16. Rebelle. de *oblig.* *instit.* part. 1. lib. 9. 14. à n. 7. cum *seq.* Vasquez. in *oper.* moral. *tract.* de *relinq.* c. 5. §. 2.

SVM MARIVM.

- 1 Clerico prohibetur venatio, & contra facientis puniatur.
- 2 Venatio periculosa, & clamorosa clericis interdicitur.
- 3 Venatio in dubio presumitur, facta causa recreationis.
- 4 Monachis nec recreationis causa venatio est licita.
- 5 Piscatio clericis est permessa.

6 Venatio

- 9 Venationem prohibitam exercens clericus quam pœnam incurrat, ostenditur.
 7 Princeps iustis de causis venationem prohibere potest.
 8 Lex à Principe lata venationem prohibens an obliget ad mortale, remissive.
 9 Venationis species triplex.
 10 Subdiaconus venationem sapius exercens in casibus sibi non permissis eadem pœna, qua Diaconus, puniendus est.

CAP. Episcopum. I.

Ex Conc. Aurel.

Episcopo Presbytero, vel Diacono non licet habere canes, accipitres vel huiusmodi ad venandum, quod si quis in his sepe detinetur ad voluptatem, suspendatur Episcopus à communione tribus mensibus, Presbyter duobus, diaconus ab omni officio. Colligitur ex Ordine Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anan. Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 170. Alagona in compend. iuris Canon. p. 696. remissive Ximen in concord. p. 1. & 2. & Casl. in annot. referunt Burchard. lib. 1. Decretor. c. 213. & luo part. 5. cap. 366. & part. 6. cap. 388. & part. 13. cap. 30. & Ant. August. collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 22. cap. 1.

Collige ex text. venationem clericis interdici, quod Doctores modo referendi intelligunt si sit periculosa, ut venatio aptorum, & clamorosa, & sit cum armis, assensumque sanitatis, vel recreationis causa clericis venationibus ut non prohiberi dummodo id faciant cum silentio, & modestia, ita Bernard. in pract. cap. 70. per totum secundum nouissimam impress. Guillem. Benedict. in c. Retinuitur, de testamentis, verbo, & uxorem nomine Adelaam, num. 875. Nauar. commento de regul. num. 27. Menoch. consil. 121. num. 50. Syluest. verbo venatio circa med. Sebast. Medic. de venat. piscat. & aucupio part. 2. quest. 7. ex n. 17. Franc. Marc. dec. 5. 29. n. 9. part. 1. Illustrissimus D. meus Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem visus in comment. ad c. 2. dist. 34. plures quos refert Cened. ad Decret. collect. 56. n. 8. & 9. quibus adde Sebast. Neui. in remiss. ad lib. 2. feudorum tit. 56. que sint regalia, n. 273. cum segg Sayr. in clau. Regia. lib. 1. cap. 9. n. 7. Bellet. de iust. cleric. part. 1. tit. de disciplina cleric. §. 19. Rebell. de obligat. iustitie, p. 1. lib. 1. q. 14. n. 9. Thom. Valasc. allegat. iuris tom. 1. alleg. 31. n. 13. ubi refert ad hoc constitutiones synodales diocesis Brachar. Olissipon. Elbor. Colimb. Portugal. Visen. & Lamacen. bene Marta de iurisdic. part. 4. cent. 1. casu 57. à n. 17. ubi aduertit clericos per hunc text. non esse regulariter prohibitos venari, sed tantum si ad voluptatem venati fuerint, & sapius in ipsa voluntate detendi: in dubio tamen venationem præsumi factam causa recreationis tenent Anania hic colum. 1. Alexand. consil. 72. numer. 13. vol. 1. Menoch. d. consil. 221. num. 51 & de præsumpt. lib. 5. pref. 3. num. 116. Bellet. d. §. 19. n. 7. Monachis vero quod nec recreationis causa venatio licita sit, quamvis proprios redditus in venatione habeant, asserit Perez l. 1. tit. 22. lib. 2. Ordine quam refert, & sequitur Salzed. ad Bernard. d. c. 70. lit. C.

Piscatio autem est clericis permilla, tum quia cessant in ea illæ rationes quibus est prohibita venatio, tum etiam quia piscatio habet exempla virorum Sanctorum, nempe Apostolorum, quos piscatores ad se Saluator noster vocauit. Mat. 4. Marci 1. & Luce 5. ita Salzed. ad Bernard. d. c. 70. lit. A. vers. piscatio, Menoch. de arbit. casu 413. num. fin. Iacob de Graffis in aureis decis. part. 2. lib. 3. cap. 3. vers. sexta, Azueu. l. 1. num. 3. vers. nisi & piscatio, tit. 8. lib. 7. nona recap.

Bellet. d. §. 19. numero 8. ubi intelligit dummodo non fiat in sollemnitatibus maioribus, aut animo negotiandi.

Si Episcopus est, tribus mensibus, &c.] Nota Episcopum venationem prohibitam exercentem, id est, in voluptate venandi sapius detentum, suspendi tribus mensibus, Presbyterum duobus, Diaconum vero ab omni officio, ita Bernard. d. c. 70. n. 1. ubi refert huiusmodi pœnam habuisse originem à Concilio Aurelian: de quo in hoc text. & in c. Episcopum 34. dist. & ubi aduertit hæc iura non inueniri in d. Concilio Aurel. sed in Concilio Agathensi can. 55. qui incip. Episcopis, additque magnam esse differentiam inter pœnam Presbyteri & Diaconi de qua hic, eo quod cum Presbytero habente præfinitum tempus suspensionis dispensare non potest Episcopus, cum Diacono vero maxime. Illud tamen aduertere necesse est Episcopum, Presbyterum, & Diaconum antequam puniantur admonitos debere esse tribus præceptis ne venentur, Menoch. d. consil. 221. n. 52. Bellet. d. §. 19. n. 6. verumtamen.

Quamuis libertas venandi sit de iure naturali, seu gentium ex l. 1. in fine cum seg. ff. de acquirendo verum dominio, §. fere Instit. de verum dñis. poterit Princeps iustis de causis venationem prohibere, inferiorisque teneri ad parendum huic mandato, ut resoluunt plures quos refert Cened. d. collect. 56. n. 3. quibus adde Mich. Salon. 2. 2. quest. 62. art. 3. controu. 3. ubi Bann. dub. 5. & Petr. de Aragon. dub. fin. Gregor. de Valent. tom. 3. dist. 5. q. 6. puncto 5. dub. 6. Fr. Emman. in sum. p. 1. c. 35. Aloyl. Rice in collect. decis. part. 4. collect. 104. Lodou. Rodolph. de suprem. seu absoluta Principis potest. conclus. 16. n. 12. cum seg. Bernard. Græu. ad pract. Camera Imp. lib. 2. concl. 68. confid. 1. Matta d. part. 4. casu 57. n. 10. Molin. de iust. tr. 2. dist. 43. Farin. in praxi crim. q. 174. n. 92. Sayr. d. c. 9. n. 6. Lessi. de iust. lib. 2. c. 5. dub. 7. Azor. in iust. moral. part. 3. lib. 5. c. 16. q. 1. Vtrum autem lex à Principe lata venationem prohibens obliget ad mortale, vide Mexi. in tract. iusse panis. concl. 3. n. 29. & per citatos à Cened. d. collect. 56. n. 6. quibus adde Azor. d. c. 16. quest. 5. Lessi. d. cap. 5. dub. 9. Rebell. d. q. 14. n. 15. Valquez in opere moral. tract. de restit. c. 5. §. 2. dub. 5. Et an liget clericos, vide Salzed. ad Bernard. d. cap. 70. vers. sed quid, Marta loco proxime citato.

In gloss. Voluptate, ibi, quadam enim venatio dicitur oppressiva, &c.] De multiplici venationis specie, oppressiva scilicet arenosa, & saluosa, vide Menoch. d. casu 413. num. 3. Iacob de Graffis d. c. 3. num. 1. Cened. collect. 56. n. 1.

In gloss. Officio, ibi, vel subdiacono. Notatur ad hoc, quod subdiaconus venationem sapius exercens in casibus sibi non permissis, ut supra eadem pœna, qua & Diaconus puniendus est, ut per Bernard. d. c. 70. n. 2. ubi n. 3. resoluus ceteros clericos in minoribus arbitrarie esse puniendos, ex quo pœna non est statuta, vide ibi Salzed. lit. B.

S V M M A R I V M.

- 1 Compendium huius text. refertur.
- 2 Venationes, & syluaticæ fatigationes cum canibus, & accipitres omnibus Religiosis interduntur.
- 3 Canes accipitres, & falcones pro venatione, & aucupio tenere prohibitum est clericis.

SYM MARI M.

- 1 Episcopus, qui crudeliter aliquem suffigare facit, suspenditur duobus mensibus à Missarum administratione & n. 2.
- 3 Vulneratus ex longo intervallo non presumitur ex vulnere decessisse.

CAP. Præterea. II.

Greg.

Episcopus qui crudeliter iubet aliquem suffigare, hoc ex hoc non moriatur, quia post octo menses mortuam tamen duobus mensibus à Missarum administratione suspenditur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontif. p. 171. Alagona in compendio iuris Canon. p. 697. remissive Ximen. concord. p. 1. defumitur ex D. Greg. lib. 2. regis in q. 44. c. 8. 3. ind. 11. referunt Burchard, lib. 1. Decretal. c. 135. Iuo part. 5. c. 3. 10. & Ant. August. collect. 3. Decretal. tit. 21. c. 2.

Probat hic text. duobus mensibus à Missarum celebratione suspendendum Episcopum, qui crudeliter aliquem suffigare fecit; oportet enim Episcopum non esse percussorem, id est non ad vindictam huiusmodi. Greg. lib. 1. 1. epist. 46. relatus in c. si quis 86. dist. 1. Olaus canon, qui Apostolorum est, hunc in modum habet. Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum percussorem fideles delinquentes, aut infideles iniqua agros, & per huiusmodi violentem timeri, deici ob officio suo precipimus; quia nunquam nos docuit hoc Dominus, sed contrario ipse cum percuteretur non reperebat, cum maledicebat, cum petere non commovebatur. Clericum profecto summo opere dedecet, ut extendat manus alicui iniuriæ, quæ Deo solemniter consecratae sunt, quæ extensa pro omnibus numeris supplicent, quæ in eius honorem tremenda corpora, & sanguinis Christi mysteria peragunt. Multa ad hoc populum cumulaui in meo tract. de officio, & potestate Episcoporum p. 1. tit. 2. gloss. 12.

Cum post octo menses decesserit, &c.] Ergo ex diuturnitate temporis, & ex longo intervallo vulneratus non presumitur decessisse ex vulnere, de quo, & an verum sit, quomodo intelligendum vide Doctores per me citatos ad c. Presbyterum 7. n. 4. & 5. sup. de homicidio, quibus addit Ayter. in tract. de homicidio, part. 2. num. 51. & num. 64. vers. primum itaque, Farin. in praxi crimin. part. 5. quæst. 127. n. 31. & 40. Mascard. de probat. concl. 1073. num. 1. Baiard. ad Clar. §. homicid. post. n. 166. ubi tenet posse iudicem arbitrari vulneratum ex vulnere decessisse, etiam post octo menses, quando vulnus est mortale.

SYM MARI M.

- 1 Clericus ut homicida non punitur si fuit ipse in culpa, et in pro parte violentiam repellentem, licet ibi aliqui mortui sint, & ipse lapides proiecit, ex quo nullum ipse percussit.
- 2 Prohibitum ad tempus, post illud censuræ periculum.

Venationes, & sylvarum vagationes cum canibus, & accipitribus, ac falconibus interdiciuntur omnibus servis Dei. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontif. p. 170. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 698. remissive Ximen. in cons. p. 2. refertur. Burchard, lib. 2. Decretal. c. 114. Iuo part. 6. c. 289. p. 12. c. 29. & Ant. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 22. cap. 2.

Probat hic text. omnibus religiosis interdici venationes, & sylvarum farigationes cum canibus, & accipitres, aut falcone, ut per Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 18. num. 407. Monachis autem nec recreationis causa venatio licita est etiam si proprios redditus in venatione habeant ut per Salzed. ad Bernard. in praxi. c. 70. lit. C.

Et accipitres, & falcones, &c.] Notatur ad hoc, quod canes, accipitres, & falcones pro venatione, & aucupio tenere clericis prohibitum est, ut per Franc. Marc. decis. 529. n. 5. Camil. Borel. de Magistr. lib. 4. c. 3. n. 58. & in suam omnium. decis. tit. 11. n. 42.

De Clerico percussore.

TIT XXV



PER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Anch. Butr. Anania, Panorm. Mar. Socin. Petr. de Rauenna in compend. iuris Canon. Mart. Mehard. in epitome Decretal. fol. 189. verso, Daniel. Venator. in analysi methodica iuris Pontificij. a pag. 692. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decretal. Barthol. Cartag. in expost. in iuris Canon. nouissime Ioan. Honor. lib. 5. sum. in Decretal. omnes sub hoc tit.

CAP. Si qui. I.

Ex Concil. Agathen.

Clericus in Sacris si est percussor, corripiendus est à crimine, & si se non emendat, deponendus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Butr. Anchor. Panorm. Mar. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontif. p. 170. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 697. remissive Ximen. in concord. p. 2. referunt Burchard, lib. 2. Decretal. c. 190. & Iuo. p. 6. c. 215. & Ant. Aug. collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 8. c. 1.

Notatur hic text. ad hoc quod clerici ob status decentiam ab omni debent se abstinere percussione tam priuata, quam publica auctoritate facta, ut per Sayr. in Clauis Regia. lib. 7. c. 11. num. 2. Filij Aaron Sacerdotes clangent tubis, ut est num. 10. vers. 8. non pulsabunt hostem manibus, increpuitque Petram quantumuis pro se pugnantem, Christus Math. 26. Clericum etenim non esse percussorem exigit Apost. 1. Timoth. 3. & ad Titum 1. Neque solum exemplo, sed & verbo percussorem condemnat Dominus Matth. 24. de hac re Concil. Trid. sess. 13. de reform. c. 1. Sunt tamen & Ecclesiasticis sua arma, sed spiritualia, Apost. 2. ad Corinth. 19. & arma lucis ad Roman. 13. quæ arma sunt lectio, & oratio, his diabolus expugnatur, vitia reprimuntur, virtutes nutriuntur, æternæ beatitudo acquiritur, ut ex S. Augustin.